UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 17. Quarta classis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66641

Visual Library

Sæc. XVI. A. C. 1562.

retur, nec ullum evidens Scripturæ ſacræ teſtimonium urgeret, ideo Canonem, aut Decretum de eo conficiendum non eſſe aſſerebant, niſi prius res ſaltem a Theologis ſolerti, ac debita opera fuiſſet expenſa: porro hujusmodi conſilii erant Naclantes, ac Dracovizius, & complures ex illis, qui ſecundæ claſſis Doctoribus adſtipulabantur, ac poſtea huic aſſenſere opinioni.

§. XVII.
Quarta claſſis.

Sarp. p. 540. Denique quarta claſſis illos complectebatur Patres, qui utramque diſſidentium partem quodam moderamine, ac via media conciliare nitebantur; cum autem ſinguli in ſuo ſenſu abundarent, ac ſtudioſi eſſent, ut cujusvis medium a ſe propoſitum ceteris prævaleret, hinc inter eos diſſenſio oriebatur, ac ferme omnes primæ adhæſerunt ſententiæ, quinimo plures, qui antea huic opinioni vehementer obluctari videbantur, nunc victas dabant manus.

§. XVIII.
Aliorum capitum examen circa Sacrificium.

Pall. c. 2. n. 13 Poſtmodum Patres ad alios articulos ibidem diſcutiendos procedebant, ac